

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 \* 4 \*



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Yranie de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodorij Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Thomazij causa servestam nerezum M. Teti a fena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensem.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- Ecloza Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Ansalino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolpho Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravintonis et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Desuensem Carmen Ξρασμασιων.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vbici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Ida honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorem scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Ξρασμασιων Cerevisiae Servestanae Danielis Burchkriegeri.
- XXIV. Dehortatio a Calumnijis
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Stresnis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



XII.

ILLUSTRISSIMO LAUDATIS-  
SIMOQUE PRINCIPI AC  
DOMINO,

DN. RUDOLPHO,

PRINCIPI ANHALTINO,

Comiti Ascaniæ, & Domino Servestæ,  
& Bernburgi:

*Ecclesiarum & Scholarum Nutritori. Ju-  
stitiæ & Equitatis Administratori: totius  
deniq; patriæ*

PATRI BENIGNISSIMO DE-  
SIDERATISSIMOQUE,

Ex turbis mundi turbulentissimis ad æ-  
ternam tranquillitatem traducto, d. XX. Au-  
gusti: A. C. M. DC. XXI.

*Submissæ observantiæ & gratitud: debitæ Mon: hoc  
posuit, Die Exequiarum, 7. Cal. Oct:*

ABRAHAMUS CREMERUS,  
Grünbergensis Siles. Pastor Ecclesiæ  
Lindoviensis, in Anhaltinatu.

SERVESTÆ

*Typis Zachariæ, Dörfferi,*

M. DC. XXI.

*Psal. XVI. v. XV.*

Pretiosa in oculis Jehovæ, mors intentata iis, quos ipse benignitate prosequitur.

*Quia*

Novimus, iis qui diligunt Deum, omnia simul adjumento esse ad bonum. Rom. 8. v. 28.

Quia Justorum animæ in manu Dei sunt: ut minimè attingat eos cruciatus. Sapient. 3. v. 1.

Quia vivent, etiamsi mortui fuerint. Joh. 11. v. 25.

Quia mors illis est lucrum. Phil. 1. v. 21.

Quia sunt in requie: juxta illud Apoc. 14. v. 13. Beati ab hoc tempore mortui ii, qui Domini causâ moriuntur. Etiam dicit Spiritus: ut requiescant à laboribus suis, &c.

**E** Heu, Dynastarum optimus occidit  
Domus Anhaltinæ! occidit, & super  
Vixisse terris nunc recusat  
Amplius! occubuit serenus  
Princeps RUDOLPHUS: quo benè sospite  
Cultûs honesti salvus amor sterit:  
Et floruit PAX albicantes  
Cincta virente comas olivâ.  
Et quo, triumphos EUSEBIES suos,  
Vivente, duxit: quo THEMIS aurea,  
Quo GRATIÆ vigente amarunt,  
Non sine tripudio, salire.  
Heu, quo, fruiscei tota, superstite,  
Salute visa est Patria, concidit!  
Ac nescio, quid nos periculi  
Forte timere jubet relictos.  
Atat! polorum quæ violentia  
Arctat misellos! quid patriæ dein  
Cantem futurum ustæ dolore?  
Quod tibi Numen erit dolenti  
SERVESTA? Quodnam Lumen erit tibi  
Immunde munde ô? Spem SUPER I ferunt:

A 3

Fran-

Frangitq; vires ira Jhovæ,  
Huc eat ingenuâ fide Mens  
Concussa letho P R I N C I P I S : huc eat,  
Fidatq; coelo Jhovigenam suis  
Placans querellis. *Namq; dulci  
Desuper auxilio levamur.*  
Quamvis P A T E R nostri occubuit soli:  
Non ille nobis attamen occidit,  
Est qui P A T E R verè benignus,  
Et Patriæ memor est in ævum.  
Rex regum adhuc vivit: P A T E R optimus  
Vivit: nec unquam vivere desinet.  
*Vivente quis Jhova supremo  
Nunc trepidare velit, vel angere?*  
Hic, Hic relictis præsidet orphanis:  
Hic fert Salutem rebus in anxiiis:  
Hic V E R I T A T E M suggerendo,  
Dogmata falsa fugat serentes.  
Hic in malorum colluvionibus,  
Inter procellas atq; pericula  
Servat sibi fidam, benigno  
Hospitio excipiens, catervam.  
Hic

Hic & Ducalem mœstitiâ domum  
Adfecit ingenti: ut trepidet metu.  
Firmabit idem adflicta corda.  
Auguror. Annue JHOVA votis.  
Nos propiori lumine respice  
PATER: DYNASTAS *Ascanios* fove:  
Et *surculum Illustrem* Jehova  
Da populo superesse nostro.  
At, funerales luctificâ chely,  
Testando fletum, dum querimonias  
Planctusq; & atratas querellas  
Ad tumulum revocamus atrum,  
Dicabimus quæ carmina funeri  
Illustriori? quem titulum tuo  
Scribemus, ô defuncte PRINCEPS,  
Sarcophago? Brevis esto talis:  
CINIS SUB URNA, QUO TUMULO JACES  
RUDOLPHE PRINCEPS, EUSEBIES,  
THEMIS,  
JACENT, ANHALTINIQUE  
PARTIM  
LAPSA CORONA SOLI RECLIMBIT.

IDEM

IDEM CREMERUS.

**N**unc ô Camena siste plausus, jubila  
Camena siste, & illicò

Mæstâ Cupressi fronde crines impedi  
Strigisq; more carmina

Effunde ferali dolentia pectine:  
Nulloq; nenia Apolline

Stridebit: ac repletus heu plangoribus  
Ægris polus remugiat.

Nam concidit **PATRONUS** omnium optimus;  
Patronus ille maximus

Fato volente concidit: qui, dum fuit,  
Pietate rarâ candidus,

Bonitate sat venustus, & gratissimâ  
Gravitate qui clarissimus:

Ab tam pio temet fovebat pectore  
Manum jacenti commodans!

Ab tam bono tristem juvans levamine  
Regebat auxilio suo!

**RUDOLPHUS** illustris, **DYNASTA** splendidus  
Satuq; avito cellebris,

Patria



*Patriæ P A T E R, perenne Lumen orbis, &  
Perenne Numen urbium:  
Atq; Imperi sacri sacratum oraculum,  
Musis Asylum egentibus:  
Quem jure deflent optimo demortuum,  
Adeoque quem creberrimè  
Plancturequirunt anxio, sed inaniter,  
Eheu Domus tristissima,  
Fratres, Sereni P R I N C I P E S, & Nobiles,  
Luctuq; madidi subditi.  
Ergò P A R O N U S quando vester occidit,  
Quæso Camenæ ducite  
Lessum, ad sepulcrum inò querenti carmine  
Pompam vocate ter nigram:  
Clariq; manibus Patroni solvite  
Camenæ munera ultima:  
Adferte Staeten, thura ferte, cinnama,  
Adferte costum & balsamum;  
Ornate floribus sepulcrum: conditum  
Cinerem juvent hæc munera.  
Tandem hæc sonate verba quàm sepiusimè:  
RUDOLPHUS ILLUSTRISSIMUS  
I N T E R*

INTER CATERVAS COELICAS VIVENS, AGAT  
PERENNITATES PERPETES.

FINIS.



Id 4206  
g

ULB Halle

3

004 167 287



f  
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,  
da Hschr. +90


8-14


24 VD 17

10. Aug.  
Jul. 01

M







XII.

MO LAUDATIS.  
 PRINCIPI AC  
 MINO,

**DOLPHO,**  
**ANHALTINO,**  
 & Domino Servestæ,  
 rnburgi:  
*ularum Nutritori: Ju-*  
*Administratori: totius*  
*3 patria*

GNISSIMO DE-  
 SSIMOQUE,  
 arbulentissimis ad æ-  
 em traducto, d. X X. Au-  
 M. DC. XXI.  
*gratitud: debite Mon: hoc*  
*uiarum, 7. Cal. Oct:*

S CREMERUS,  
 ilef. Pastor Ecclesiæ  
 in Anhaltinatu.

VESTÆ  
 ria, Dörfferi,  
 C. XXI.